



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

Vt Ministro quandoque concionante, facies eius ter instar Solus radiauerit.  
Capvt XLVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

oportet se tibi resignare & permittere, teq[ue] per-  
peti, nimium diurna sunt. Ad quod illi mox  
eiusmodi datum est responsum: Sed & honor  
ipse & gloria & annulus militum meorum, quos  
ego honorauerero, perennis est. His Minister in  
sele reiectus ac conuictus, submissi admodum  
dixit: Fateor mihi Domine culpam meam. Tan-  
tum oro, ut afflato mihi liceat lachrymas fu-  
dere: siquidem cor meum omnino refundat.  
Cui Dominus. Proh pudor, inquit, visne in Infracto ani-  
feminæ morem lachrymari? Certè tibi ipsi mo aduersa-  
apud omnes cœli ciues ignominia notam inu-  
que que Dei amore tolle-  
res. Terge oculos & hilarem vultum exhibe,  
ut neque Deus neque homines animaduer-  
tant afflictionis causa te plorare. Cœpit ille  
ridere nonnihil, ac nihilominus per genas  
fluitabant lachrymæ promisitque Deo nol-  
le se deinceps flere, quod posset spiritalem illum  
annulum adipisci.

*Vi Ministro quandoque concionante, facies eius ter  
instax Solus radiauerit.*

#### CAPVT XLVIII.

**C**Vm vice quadam apud Coloniam A-  
grippinam Minister serio admodum &  
feruenter concionaretur, quidam no-  
nus Christi tyro recentis ad Deum conuersus,  
illi concioni intererat. Erat idem ille satis af-  
flictus. Cum ergo studiosè in Ministrum inten-  
deret, internis oculis vidi faciem eius in iu-  
cundissimam mutari claritatē, ac tribus vici-  
bus usque adeò splendida effici, ut solet esse Sol,  
cum

cum est aér serenissimus: potuitque nullo tor-  
gorio in eius vultu suam faciem contemplari.  
Ex hac ergo visione satis ille in sua afflictione  
animatus & recreatus, atque in sancta via  
confirmatus fuit.

*De salutifero nomine IESV.*

C A P V T   X L I X .

OIV

45

**Q** Vandoque Ministro ex Superiori Ge-  
mania Aquisgranum ad inuisenden-  
beatissimam Virginem proficidente, c*on-*  
fesset in reditu, sanctæ cuidam virgini beatissi-  
ma M A R I A apparens, ita dixit: En Minister  
filij mei rediit, nomenque eius suauissimum fa-  
granti pectori longè lateque diuulgauit, quem  
admodum olim Apostoli eius. Atque vt in nomi  
illud fidemque Christianā omnibus propon-  
re ac insinuare optabant, ita & ipse totus in hoc  
incumbit, vt idem sacratissimum nomen no-  
vo cum furore & amore cunctis egelidis cog-  
dibus inferat, in ijsque exciter & accendat. Vnde  
etiam quodcumq sanctis Apostolis post obitum suum  
suum præmium æternum consequetur. Post  
hac eadem sancta virgo in beatam MARIAM  
oculos referens, vidit eam manu tenentem c*on-*  
delam elegantem, vsqueadē flagrantem, vi-  
totum illustraret orbem. In ipsa autem c*on-*  
vndiquarum exaratum erat nomen I E S V: Dixit  
autem Dei genitrix ad virginem: Isthac candi-  
la ardens nomen I E S V designat, qui reuera-  
nnium corda illuminat, qui tamen eius no-  
men deuotè recipiant, idque venerentur, & apud